

Petrus Lombardus: *Quatuor libri sententiarum, lib. III, dist. 9.*

(Petrus Lombardus, *Sententiae in IV libris distinctae, kiad. Collegium S. Bonaventurae, Quaracchi 1971–1981, II, 68–71.*)

1. De adoratione humanitatis Christi: an eadem sit adoratio humanitati et deitati exhibenda. Praeterea investigari oportet utrum caro Christi et anima una eademque cum Verbo debeant adoratione adorari, illa scilicet quae latria dicitur. Si enim animae vel carni Christi exhibetur latria, quae intelligitur servitus sive cultus soli Creatori debitus, cum anima Christi vel caro creatura tantum sit, creaturae exhibetur quod soli Creatori debetur: quod facienti in idolatriam deputatur.

2. Quidam dicunt non illa adoratione adorandum esse. Ideo quibusdam videtur non illa adoratione quae latria est carnem Christi vel animam esse adorandum, sed illa quae est dulia. — De speciebus duliae. Cuius duas species vel modos esse dicunt. Est enim cuiusdam modi dulia quae creaturi cuilibet exhiberi potest; et est quaedam soli humanitati Christi exhibenda, non alii creaturae, quia Christi humanitas super omnem creaturam est veneranda et diligenda; non tamen adeo, ut cultus divinitati debitus ei exhibeatur. Qui cultus in directione et sacrificii exhibitione atque reverentia consistit: qui latine dicitur pietas, graece autem theosebia, id est Dei cultus; vel eusebia, id est bonus cultus.

3. Aliorum sententia qui unam adorationem utrique exhibendam tradunt. Aliis autem placet Christi humanitatem una adoratione cum Verbo esse adorandum: non propter se, sed propter illum cuius *scabellum* est, cui est unita; nec ipsa humanitas sola vel nuda, sed cum Verbo cui est unita: nec propter se, sed propter illum est adoranda. Nec qui hoc facit idolatriae reus iudicari potest, quia nec soli creaturae, nec propter ipsam, sed Creatori cum humanitate et in humanitate sua servit.

4. Ioannes Damascenus. De hoc Ioannes ita ait: *Duae sunt naturae Christi ratione et modo differentiae, unitae vero secundum hypostasim. Unus igitur Christus est, Deus perfectus et homo perfectus, quem adoramus cum Patre et Spiritu una adoratione cum incontaminata carne eius; non inadorabilem carnem dicentes: adoratur enim in una Verbi hypostasi, quae hypostasis generata est; non creaturae venerationem praebentes.*

26 Ps 98,5 | 32–50 Ioan. Dam., *De fide orthodoxa*, III,8 (PG 94, 1014C–1015A); versio Burgundii, c. 52, nn. 3–4 (Saint John Damascene, *De fide orthodoxa. Versions of Burgundio and Cerbanus*, kiad. Buytaert, Eligius M., St. Bonaventure, N.Y. 1955, 196–197.)

1. Krisztus emberi természetének imádásáról: ugyanabban az imádatban kell-e részesíteni az emberi és az isteni természetet? Ezen kívül meg kell vizsgálni, vajon Krisztus húsát és lelkét egy és ugyanazon imádattal tartozunk-e imádni, mint az Igét, tudniillik azzal, amelyet latriának nevezünk. Ha ugyanis Krisztus lelkét vagy húsát latriában részesítjük, amit egyedül a Teremtőnek kijáró szolgálatként vagy kultuszként értünk, – mivel Krisztus lelke vagy teste csupán teremtmény – egy teremtménynek juttatik, ami egyedül a Teremtőt illeti meg, ez pedig bálványimádásnak tartatik.

2. Egyesek azt mondják, hogy nem azzal az imádatlal imádandók. Ezért egyesek úgy látják, hogy Krisztus húsa vagy lelke nem azzal az imádatlal imádandók, amely a latria, hanem azzal, amely a dulia. – A dulia fajtáiról. Ennek, úgy mondják, két fajtája vagy módja van. Van ugyanis olyan módja a duliának, amelyben bármilyen teremtményt lehet részesíteni; és van egy olyan, amely csak Krisztus emberi természetével szemben tanúsítható, mert Krisztus emberi természetét minden teremtmény fölött kell tisztelni és szeretni, azonban nem annyira, hogy az istenségnek járó kultuszban legyen része. Ez a kultusz az áldozat irányításában és bemutatásában, valamint a tiszteletadásban áll; ezt hívják latinul pietasnak, görögül pedig theosebiának – azaz Isten kultuszának – vagy eusebiának, azaz jó kultusznak.

3. Mások szentenciája, akik szerint mindkettő egyazon imádatban részesítendő. Másoknak ellenben úgy tetszik, hogy Krisztus emberi természete ugyanazzal az imádatlal imádandó, mint az Ige: nem önmagáért, hanem azért, aminek a *zsámolya*, amivel egyesült; nem maga a pusztaság vagy csupasz emberi természet, hanem az Igével együtt, amellyel egyesült: nem önmagáért, hanem amazért imádandó. Aki ezt teszi, szintén nem lehet elítélni a bálványimádás bűnében, mert nem pusztán a teremtménynek, nem azért önmagáért szolgál, hanem a Teremtőnek, az ő emberi természetével együtt és az ő emberi természetében.

4. Damaszkuszi János. Erről mármost János ezt mondja: *Krisztusnak két természete van fogalmilag és a megkülönböztetés alapján, ezek azonban a hypostasis szerint egyesültek. Krisztus tehát egy, tökéletes Isten és tökéletes ember, akit az ő szeplőtlen testével együtt az Atyával és a Szentlélekkel egy imádatlal imádunk, nem mondván a testet imádhatalatlannak*

Non enim ut nudam carnem adoramus, sed ut unitam deitati in unam hypostasim Dei Verbi duabus reductis naturis. Timeo carbonem tangere propter ligno copulatum ignem. Adoro Christi mei simul utraque propter carni unitam deitatem. Non enim quartam appono personam in Trinitate, sed unam personam confiteor Verbi et carnis eius. His verbis insinuari videtur Christi humanitatem una adoratione cum Verbo esse adorandam.

5. Augustinus. De hoc etiam Augustinus, ex sermone Domini ubi dicit: *Non turbetur cor vestrum, ita dicit: Dicunt haeretici Filium non natura esse Deum, sed creatum. Quibus respondendum est quia si Filius non est Deus natura, sed creatura, nec colendus est omnino, nec ut Deus adorandus, dicente Apostolo: Coluerunt et servierunt potius creaturae quam Creatori. Sed illi ad hoc replicabunt et dicent: Quid est quod carnem eius, quam creaturam esse non negas, simul cum divinitate adoras, et ei non minus quam divinitati deservis? Ego dominicam carnem, immo perfectam in Christo humanitatem, ideo adoro, quod a divinitate suscepta et deitati unita est: ut non alium et alium, sed unum eundemque Deum et hominem, filium Dei esse confitear. Denique, si hominem separaveris a Deo, illi nunquam credo nec servio. Velut si quis purpuram vel diadema regale iacens inveniat, numquid ea conabitur adorare? Cum vero ea rex fuerit indutus, periculum mortis incurrit si ea cum rege adorare quis contempserit. Ita etiam in Christo Domino humanitatem non solam et nudam, sed divinitati unitam, scilicet unum Filium, Deum verum et hominem verum, si quis adorare contempserit, aeternaliter morietur.*

6. Idem super Psalmum 98, ubi dicitur: *Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est: Sciendum quia in Christo terra est, id est caro; quae sine impietate adoratur. Suscepit enim de terra terram, quia caro de terra est, et de carne Mariae carnem accepit. Haec sine impietatem a verbo Dei assumpta, adoratur a nobis, quia nemo carnem eius manducat nisi prius adoret; sed qui adorat, non terram intuetur, sed illum potius cuius scabellum est, propter quem adorat. — His auctoritatibus praemissae investigationis absolutio explicatur.*

45 – azt ugyanis az Ige egy hypostasisában imádjuk, amely hypostasis nemzés eredménye – és nem a teremtmény tiszteletét nyújtván neki. Hiszen nem mint csupasz testet imádjuk, hanem mint ami Isten két természetre visszavezetett Igéjének egy hypostasisában egyesült az isteni természettel. Félek szentet érinteni a fa miatt, amely tűzzel lépett kapcsolatba. Krisztusomban egyszerre imádom mindkettőt, a hússal egyesült isteni természet miatt. Hiszen ezzel nem egy negyedik személyt teszlek hozzá a Háromsághoz, hanem az Igének és az ő húsának egy személyét vallom meg. E szavak által tanítva látjuk, hogy
50 Krisztus emberi természete az Igével egy imádattal imáandó.

5. Ágoston. Erről Ágoston is az Úr szavából kiindulva, ahol ezt mondja: *Ne nyugtalankodjék a ti szívetek, így beszél: Az eretnekek azt mondják, hogy a Fiú természete szerint nem Isten, hanem teremtmény. Erre meg kell felelni, mivel ha a Fiú természete szerint nem Isten, hanem teremtmény, akkor egyáltalán nem részesítendő kultuszban, nem imáandó Istenként; az Apostollal szólván: a teremtményt inkább ünnepelték és szolgálták mint a Teremtőt. De azok erre ezt válaszolják és mondják:
60 Ki ő, hogy a húsát, amelyről nem tagadod, hogy teremtmény, az isteni természettel együtt imáodod, annak az isteni természetnél nem kevésbé szolgálsz? Én az Úr húsát, sőt inkább a Krisztusban tökéletes emberi természetet azért imádom, mert az istenség magára vette és az isteni természettel egyesült: nem más és
70 más, hanem egy és ugyanazon Istent és embert vallom Isten fiának. Szóval, ha az embert különválasztod Istentől, akkor azt sohasem hiszem és szolgálom. Így például ki ne törekedne, ha a királyi bibort és koronát fekvé találja, imádni azokat? Minthogy a király volt beléjük öltözve, halálos veszedelmet vállal, aki megveti, hogy a királlyal együtt imádják azokat. Így örökre elpusztul az is, aki az Úr Krisztusban megveti imádni nem a pusztá és csupasz, hanem az istenséggel egyesült emberi természetet, azaz az egy Fiút, az igaz Istent és az igaz embert.*

6. Ugyanő a 98. zsoltárról, ahol mondatik: *Imádjátok lábának zsámolyát, mert szent az: Tudnivaló, mert Krisztusban föld van, azaz hús, amit nem hitelenség imádni. Hiszen földet vett magába a földből, és húst nyert Mária húsából. Ez, amit felvett Isten igéje, hitelenség nélkül részesül imádatunkban, mert senki nem eszi az ő húsát, hacsak nem imádják előbb; de aki imádják, nem a földet figyeli, hanem inkább azt, akinek a zsámolya, akiért imádják. – Az előrebocsájtott vizsgálat eme tekintélyek révén nyer befejezést.*